uat ad probationē si assint alia adminicula. vñ non solū admittit ad purgatōez indicēdā. De violēta etiā que ad condemnationē sufficit nota q̄ est duplex. vñ quedā iuris et de iure. vt cum ius fingit et statuit aliquid sup facto et cōtra hanc nō admittit probatio. extra de sponsa. nec qui fidem vbi dicit q̄ si q̄s dederit fidē mulieri de cōtrahēdo matrimoniū cū ea. et postea copula sequit. matrimoniū esse presumit et probatio in cōtrariū nō admittit. Quedam est iuris sed non de iure. vt vbi ius p̄sumit: sed nō statuit aliqd. vt si vir diu mulieri cohabitauit presumit ab eo cognita. xxxij. q. j. dixit. Et ɔtra hanc admittit probatio. Applicādo ad ppositū nostrū sup heresim maleficarū et sup noua iura. dicimus q̄ in iure triplex suspitio sup crimē heresis habet. prima est modica. secūda magna. tercia maxima Prima q̄ est modica in iure vocat suspitio leuis. ita habet. ca. Accusatus. de here. libro. vj. in prin. vbi dicitur. Si aūt leuis et modica suspitio illa fuit quanq̄ ex hoc sit grauit puniēdus. non tñ debet pena in heresim relapsoꝝ puniri. Et hec suspitio ideo dicit modica siue leuis. tū qz modica et leui defensione tollit. tum qz ex modicis et leuibus oritur cōiecturis. Vñ dicit modica a modicis indicijs. et dicit leuis a leuib⁹ ɔiecturis. Utpote in simplici heresi circa fidem si aliqui reperiant occulta cōuenticula celebrātes vel vita vel moribus a cōi ɔuersatione fidelium deuiātes. vt patet ca. excōicamus. pmo extra de here. circa maleficarū heresim. Simili modo vbi conuenticula in angarijs aut sacratioribus anni temporibus in capellis aut siluis siue de die siue de nocte conuenirēt. aut aliq seorsum reperirentur. aut nō frequētare diuina tēporibus cōsuetis et modis cōsuetis. aut cū suspectis maleficis familiaritates secretas cōtrahere. tales enī leuiter ad minus de heresi habētur suspecti. eo q̄ talia frequēter facere hmōi heretici cōprobant. de q̄ etiā leui suspitione habet. C. de here. l. ij. in fine. vbi dicit. Hereticoꝝ vocabulo cōtinent et latis aduersus eos sentētijs debēt succumbere. qui vel leui argumento a iudicio catholice religionis et tramite detecti fuerint deuiare. Et huic sentētie cōcordat Hostien. in summa. ti. de p̄sumpti. §. finali. vbi dicit. Notandū q̄ q̄uis heretici leui argumēto detegantur scz ad hoc q̄ suspecti habeantur tñ nō debēt vt heretici haberi. et probat per precedētia. Scda suspitio q̄ est magna in iure vocat vehemēs siue fortis. de qua iterum in allegato. c. Accusatus. in principio. Itē sic habet accusatus de heresi vl' suspect⁹ ɔtra quē de hoc crimine magna et vehemēs suspitio orta erat et cē Ibi enī hec ɔiunctio et nō tenet copulatiue. ß expositiue vt notat Johan. andree ibidem. Uehemēs aūt idem est qd̄ fortis vt dicit Archidi. sup allegato. c. Accusatus. et verbo. vehemens. vt dicit Papias et Huguitio. q̄ vehemens idem est q̄ fortis siue grandis. Allegat etiā Grego. j. moral. Uentus vehemēs irruit. Unde dicimus aliquem vehemētem habere casum cum habet fortē hec ibi. Ergo suspitio magna dicit vehemens siue fortis et sic nominatur. quia non nisi vehementibus et

fortibus defensationibus repellitur. et etiam quia ex magnis et vehementibus ac fortibus oritur coiecturis argumentis et indicijs. Utpote in simplici heresi si aliqui comperiantur qui eos quos sciunt hereticos fore occultant. fauorem impendant. associant. visitant. munera offerant. recipiant defensant et similia exercentes. tales namque vehementer de heresi suspecti sunt. et similiter cognoscuntur circa heresim maleficarum. eo quod suspitio oritur quod participant cum eis in crimine et precipue notantur. hic mulierisant viri: qui ad amorem vel odium inordinatum. licet non ad alias lesiones hominum tendant aut iumentorum solent maleficare. Similia enim vt premissum est in quacunque heresi exercentes vehementer sunt suspecti. vt patet per allegatum ca. accusatus. et. §. illo vero. et per notata ibidem per archidiaconum. Cum non sit dubium eos talia facere in fauorem illius heretice prauitatis. Tercia suspitio hec est maxima. et in iure vocatur violenta. cap. cum contumacia. et ca. Accusatus. li. vj. de here. et per notata per archidiaconum et Johannem andree. super. c. Accusatus. et verbo. vehemens. vbi dicunt. Dicit vehemens non violenta. supra de presumpti. ca. literas. De hac suspitione loquitur canon. dist. xxxiiij. quorundam Et hec presumptio seu suspitio dicitur violenta. tum quia violentat cogit et artat iudicem ad credendum. Nec tergiuersatione refellitur qualicunque. tum quia ex violentibus conuincentibus atque cohercentibus oritur coniecturis. Exempli gratia in simplici heresi. si aliqui reperiantur qui hereticos adorauerint. id est reuerentiam suo amore exhibuerint cosolationem vel communionem ab eis acceperint vel similia que ad ritum eorum pertinent perpetrauerint. tales namque violenta suspitione de heresi et hereticorum credentia sunt conuicti. per ca. filij. Et per ca. Accusatus. de heresi. lib. vj. et per notata per Archidiaconum super capi. quicunque hereticos. et verbo. credentes. eodem libro. vj. cum non sit dubium eos talia facere in credentiam heretice prauitatis. Super heresim vero maleficarum a simili qui perpetrant ea que ad ritum maleficarum pertinent. et talia cum sint varia videlicet aliquando per verba solum contumeliosa. dicendo. tu senties in breui que tibi euenient vel similia in effectu. vel per tactum solum tangendo hominem aut bestiam manibus. aut per visum tantum se manifestando nocturno vel diurno tempore certis dormientibus in cubilibus. et hoc vbi homines aut iumenta nituntur maleficiare. licet circa grandines varios alios obseruant modos se alijs offerendo cerimonijs. circa flumen aliquod se agitando diuersimode vt in precedentibus circa modos maleficia inferendi patuit. Tales vtique violenta suspitione super heresim maleficarum vbi reperiuntur et fama laborat sunt conuicti. presertim vbi effectus est subsecutus in maleficio siue statim siue per successum temporis. quia tunc euidens factum concurrit siue iudicium facti vbi instrumenta maleficij in aliquo loco reposito reperirentur. Licet successus temporis non ita aggrauaret ad euidentiam facti manet tamen suspecta vehementer et a fortiori

amplius q̄ circa simplicē heresim. Et si querit̄ nūquid dyabolus absq̄ visu aut tactu mulierū maleficiare posset homies seu iumenta. Rn̄det̄ vtiq̄ si deus p̄mittit. ꝗ q₂ maior dei p̄missio vbi creatura deo dicata p̄ fi dei abnegationem ⁊ aliis horrēdis sceleribus cōmittit. Ideo ⁊ dyabolus amplius talem modum maleficiādi creaturas affectat. imo ⁊ dici potest ꝙ dyabolus etiā si absq̄ malefica posset adhuc summe p̄ maleficam talia exercere affectat variis re spectibus. vt in p̄cedētibus patuit. Epilogādo ad nostꝝ ꝓpositum sup modos ex p̄sumptionibus iudicandi. Dicēdum ꝙ sup p̄fatā distinctionem suspecti de heresi maleficarum sunt in triplici genere cum quidam leuiter. quidam vehemēter. ⁊ ꝗdaꝫ violēter. Leuiter sunt suspecti ꝗ talia modica vel leuia pagūt ꝙ ex eis orit̄ modica vel leuis suspitio ꝯ eos de tali heresi. ⁊ lꝫ vt dictum est vbi quis sic inuenit̄ suspectus nō sit hereticus h̄n̄dus. tñ debet sibi indici canonica purgatio. vel iniungi tāq̄ ꝓ leui abiuratio. Et ꝗdem ꝙ purgatio posset sibi indici habet̄ ca. excōmunicamus. i. in p̄n. extra de heret̄. vbi dr̄. Qui aūt inuēti fuerint sola suspitōe notabiles. suspitōe ꝓbabili. hoc est leui. ⁊ que leuiter apparet dicit Hostieñ. sequit̄. Nisi iuxta cōsideratōes suspitiōis qualitatēq̄ p̄sone ꝓpriā innocētiam ꝯgrua purgatiōe monstrauerint anathematis gladio feriant̄. ⁊ vsq̄ ad satisfactionem ꝯdignam ab omibus euitent̄. Ita ꝙ si p̄ annum in excōmunicatione p̄stiterint extūc velut heretici ꝯdemnent̄. Hec ibi. Et nota ꝙ indicta sibi purgatōe canonica siue cōsentiat siue nō. siue deficiat. siue nō est p̄ omia iudicādum sicut de diffamato de heresi cui est purgatio canonica indicenda. Sed ⁊ hoc ꝙ abiuratio possit tali indici tanq̄ leuiter suspecto de heresi. Patet p̄ ca. accusatus. in p̄n. vbi dr̄. Accusatus de heresi vel suspectus. ꝯ quem de hoc crimie magis ⁊ vehemens suspitio orta erat. si heresim in iudicio abiurauit. ⁊ postea committit in ipa censeri debet quadam iurisfictione relapsus. lꝫ ante abiurationem suaꝫ heresis crimen ꝓbatum non fuerit ꝯ ipm. Si autem modica ⁊ leuis fuit suspitio illa. quanq̄ ex hoc sit grauiter puniēdus. tamen nō debet in heresim relapsoꝝ pena puniri. Hec ibi. Quidam autem cum sint suspecti vehementer. ⁊ sunt illi qui talia vehemētia ⁊ fortia pagūt. qđ ex eis orit̄ vehemens ⁊ magna suspitio. ⁊ tales lꝫ etiā non sint heretici nec vt heretici ꝯdemnādi. eo ꝙ exp̄sse habet̄ extra de p̄sumpt̄. c. lr̄as. §. ꝗ circa. Nullus ꝓ suspitōe vehemēti est de tāto crimine ꝯdemnādus. Nam ibi ita dr̄. Quo circa mādamus. q̄tenus cum ꝓpter solā suspitōeꝫ q̄uis vehemētem. nolumus illum de tam graui crimine ꝯdēnari. tñ de tali sic vehemēter suspecto debet sibi mādari ꝙ abiuret generaliter oēꝫ heresim. ⁊ spāliter in quam incidit tāq̄ vehemēter suspectus. p̄ allegatū. c. Accusatus. in p̄n. vt est dictū. ⁊ p̄. c. inter sollicitudines. extra de purg. ca. ⁊ p̄. c. lr̄as. extra de p̄sumpt̄. Et si postmodum relabat̄ vel in p̄stinā vel in aliaꝫ. vel in eos quos scit maleficos aut hereticos associet visitet vel deducat vel ꝯsulat mūera donādo. vel mittāt. seu fauorē eis im-

pendat.relapsoꝝ penā nō euadet. per allegatū.c. Accusatus. Ubi dicit sic Eum vo q̄ vna heresis specie vel secta cōmisit.aut in vno fidei articulo seu sacramento ecclesie errauit.Et postmodū heresim simpliciter vel generaliter abiurauit.Si ex tūc in aliā speciē heresis siue sectaꝫ ac alio articulo seu sacramēto committat.volum⁹ vt relapsus in heresim iudicari. Ille ergo de cuius lapsu in heresim añ abiurationē cōstiterit vel nūc cōstat.si post illā abiurationē receptat hereticos deducat visitet siue associet.ac dona vel munera eis donet vel mittat.seu fauorē eis impendat.et infra merito debet iudicari relapsus.cū illū ex approbato a se prius errore nō sit dubiū illud fecisse hec ibi.Ex quibus verbis apparet ꝙ in tribus casibus in genere suspectus de heresi vehemēter postq̄ abiurauit pena plectitur relapsoꝝ. Primus est quando relabitur in eandē ꝛ pristinam heresim de q̄ suspectus fuerat vehementer.Secūdus quando heresim simpliciter vel generaliter abiurauit et relabitur tamē in aliā heresim.esto ꝙ de ea antea nunq̄ suspectus habit⁹ fuerit nec delatus.Tercius qñ hereticos receptat.ꝛ eos deducit ꝛ fauorē impēdit Et h̄ casus cōplectitur mltos casus ꝛ hꝫ multos sinus vt ptꝫ in alle.§.Eum vo.in.c.Accusatus.freq̄ntius repetito. Sed q̄rit quid agendū si talis vehemēter suspectus ad mandatuꝫ sui iudicis nō cōsenserit cōtinue abiurare.An tradendus sit seculari arbitrio potestatis aniaduersione debita puniendus per.c. Ad abolendaꝫ.§.p̄nti vero.Rñdet.nequaq̄.q̄a.c.illud.et §.eius exp̄sse loquit̄ nō de suspect⁹ ꝫ de manifeste dep̄hensis in heresi ꝛc.ꝛ rigorosius cōtra deprehensos manifeste.q̄ꝫ cōtra suspectos tantūmodo est agendū.Et si querit̄ qualiter ergo sit ꝓcedendū cōtra talē. Rñdetur ꝙ procedet̄ cōtra eū.p.c. excōicamus.j.ꝛ p.§.q̄ vero sola suspitione ꝛc. superi⁹ inserto ꝛ excōicabit̄ in qua excōicatiōe si p annuꝫ steterit est vt hereticus cōdemnandus.p alle.c.Quidam autē suspecti sunt violēter.ꝛ sunt illi q̄ talia violentia pagūt.qd ex illis orit̄ violenta suspitio cōtra eos talis vt hereticus est habēdus.ꝛ sicut de dep̄henso in heresi est de eo p oia iudicandū.p.c.excōicamus.j.ex de here.§. qui vo.ꝛ p.c.cū contumacia.ꝛ.p.c. vt officiū.li.vj.Nam vel fatent̄ crimen.vel nō.si sic.ꝛ volunt redire ꝛ heresim abiurare ad pniam recipiēdi sunt.p.c.ad abolendā.ꝛ p.c.excōmunicam⁹.ij.§.finali qd si nō ꝯsenserint abiurare tradendi sunt curie seculari aniaduersione debita puniendi.p.c.ad abolendā.§.p̄mo allegatū.Si aūt non fatent̄ crimē post q̄ꝫ est cōuictus.nec cōsensit abiurare.est vt hereticus impenitens condemnādus.per.c.ad abolendā. Uiolenta em̄ suspitio ad cōdemnādūꝫ sufficit.ꝛ probationē in contrariuꝫ non admittit.vt habet̄ extra de p̄sump.c.literis.ꝛ.c.afferte. Et cum hec discussio locū habet in simplici heresi.absq̄ euidentia aut iudiciuꝫ facti.sicut etiam in sexto modo sententiandi patebit.vbi q̄s vt hereticus cōdemnat̄.etiā si nō sit hereticus in re. q̄ꝫtomagis circa heresim maleficarū.vbi sp cōcurrit aut euidēs factū in pueris.hoibus aut iu-

mẽtis maleficiatis.aut indiciuꝫ fa cti.puta p instrumenta reperta. Et licꝫ in simplici heresi penitentes et abiurantes ad penitentiã ⁊ ad per petuos carceres recipiant vt tactũ est. In hac tamẽ heresi licꝫ ecclesia sticus iudex recipiat vt sic ad peni tentiam. ciuilis tamẽ propter fore facta circa damna tempalia vltimo supplicio punire potest:nec ecclesi asticus ipm impediet qui licꝫ nõ eũ tradat ad puniendum tamen relin quere potest.

Questio vicesima super primuꝫ modum sententiandi.

Uia ergo de- lata persona.

Uel reperit immunis et absoluenda totaliter.

Uel reperit solum diffamata de heresi generaliter.

Uel repit vltra infamiaꝫ q̃stioni bus ⁊ tormẽtis exponẽda aliq̃liter.

Uel reperitur suspecta de heresi leuiter.

Uel reperitur suspecta de heresi vehementer.

Uel reperitur suspecta de heresi violenter.

Uel reperit diffamata de heresi et suspecta insimul ⁊ cõmuniter.

Uel repitur cõfessa heresim ⁊ pe nitens ⁊ nõ relapsa veraciter.

Uel repitur cõfessa heresim ⁊ pe nitẽs sed relapsa probabiliter.

Uel repitur cõfessa heresim ⁊ im penitẽs sed nõ relapsa realiter.

Uel repit cõfessa heresim ⁊ im penitẽs atq̃ relapsa certitudinalit.

Uel repit non ꝯfessa sed cõuicta de heresi legitimis testibus ⁊ alias iudicialiter.

Uel repitur cõuicta de heresi:ꝫ fugitiua vel absens cõtumaciter.

Uel repitur ab alia malefica inci neranda vel incinerata delata.

Uel repitur maleficia non inferẽ do sed tollendo per remedia illicita ⁊ incõgruenter.

Uel repitur vt maleficus sagitta rius ⁊ armorũ incantator interimẽ do letaliter.

Uel reperitur vt malefica obste trix infantes demonibus execrãdo hostiliter.

Uel repitur remedio appellatio nis se tuendo friuole ⁊ fraudulent.

Et siquidẽ repit immunis totalit erit ꝯsequentẽ modũ sententianda finaliter. Ubi notandũ q̃ ꝑsona delata tũc repitur immunis totalit qñ processus meritis diligẽter cum bono cõsilio peritorũ discussis non cõuincit nec confessione ꝓpria.nec facti euidentia.nec testiũ ꝓductio ne legitima.qr videlicꝫ discrepãt in ꝑncipali nec etiã alis illa ꝑsona fu it suspecta aut diffamata publice de antedicto crimine.qr secus si de aliq̃ alio crimie esset diffamata.nec etiã sunt indicia facti cõtra talẽ per sonã. Circa talem talis practica ser uatur.qꝫ absoluenda est per episco pum aut iudicem per sententiaꝫ te noris sequentis.

Nos.N.miseratione diuina eps talis ciuitat[is].aut iudex talis ⁊c. Attendẽtes q̃ tu ta lis de tali loco ⁊ talis dyocesis fui sti nobis delatus vel delata de tali heretica prauitate.scꝫ maleficaruꝫ. Attendẽtes etiã illa esse talia q̃ nõ valebamus nec debuim⁹ cõniuenti bus oculis ptransire.descendimus ad inquirendũ si predicta fulcirent

aliqua veritate testes recipiendo te examinando ⁊ alia faciendo q̄ decebāt ꝓm canonicas sanctiones ea ꝓpter visis ⁊ diligent examinatis omnibus actis ⁊ actitatis in hac causa habitoq̄ꝫ cōsilio peritorū in iure ac etiam in theologica facultate illorūq̄ꝫ sepius repetito sedentes pro tribunali more iudicis iudicantis ac habētes pre oculis solū deū ⁊ negocij veritatē sacrosanctis euāgelijs positis corā nobis vt de vultu dei iudiciū nostrū ꝓdeat ⁊ oculi nostri videāt equitatē ad nostrā diffinitiuā sententiā ꝓcedimus in hūc modū xpī noīe inuocato. Quia per ea q̄ vidimus ⁊ audiuim⁹ ⁊ ꝓducta ⁊ oblata.acta ⁊ actitata sunt corā nobis in pn̄ti cā, nō inuenimus aliqd cōtra te legitime ꝓbatū fore de his de qbus delatus fueras corā nobis ꝓnūciamus declaram⁹ ⁊ sententialiter diffinim⁹ cōtra te nō esse actū legitime corā nobis. ꝓpter qd possis ⁊ debeas vt hereticus aut maleficus iudicari nec suspect⁹ hri aliqͥliter de heretica prauitate. quare a pn̄ti instantia inqͥsitione ⁊ iudicio totaliter te relaxamus.lata fuit hec snīa ⁊c̄.Caueat vt nō ponat in snīa quacunq̄ꝫ ꝙ delatus sit insons vel immunis:sed ꝙ nō fuit ꝓbatū legitime cōtra eum.Quia si postmodū tpis processu iterū deferat ⁊ legitime probat potest nō obstante p̄dicta absolutoria sentētia cōdemnari.Nota etiam ꝙ eisdem modis absoluendus est qs quādo est delatus de receptatiōe defensatiōe seu alia fautoria heretice prauitatis vbi nihil probat legitime cōtra eū.Secularis iudex commissione episcopi modo suo iudicabit.

Questio.xxj.super secundū modum sententiandi delatam ⁊ tantūtummodo diffamatam.

Secundus mo

dus sententiandi est quādo delatus vel delata processus meritis diligenter discussis cū bono consilio peritorū reperit tantummodo de tali heresi diffamatus in aliqua villa ciuitate vel prouincia.Et hoc est quādo delatus talis nō cōuincit nec ꝓpria cōfessiōe.nec facti euidentia.nec testiū ꝓductiōe legitima.nec sunt q̄cūq̄ꝫ indicia alia ꝓbata cōtra eū nisi p̄cise sola infamia:ita ꝙ in spēali nullū probat maleficiū ꝑpetratū.qd q̄dē probare pōt sup vehemētē aut violētā suspitionē qn̄ vba cōminatoria sup lesionē inferendā ꝓtulisset dicendo in effectu vel in snīa.In breui senties q̄ tibi eueniēt ⁊ post effect⁹ aliqs fuisset subsecut⁹ in lesione corporū aut iumētorū.Circa istū igit ꝯ quē nihil ꝓbat nisi p̄cise infamia talis practica ē seruāda. In tali em̄ casu qꝛ snīa nō pōt ꝓ delato ferri absoluēdo eundē.sicut in p̄mo modo tactū est:ꝫ ꝯtra indicēdo sibi canonicā purgationē.Jō eps seu eius officialis aut iudex aduertāt p̄mo ꝙ i causa heresis non refert si aliqs sit tantūmō apud bonos ⁊ g̃ues ꝑsonas diffamat⁹.immo attendit h̄ ꝙ etiaꝫ apud quoscūq̄ꝫ viles ⁊ simplices sit diffamat⁹.Et rō est.qꝛ a qbus quis pōt accusari i crimine heresis apud illos etiā pōt qs infamari. ꝫ qlibet heretic⁹ pōt a qbuscunq̄ꝫ ꝑsonis accusari cuꝫ tantūmō inimici capitales:vt supra patuit excipiunt. ergo apud illos potest infamari.

Feret ergo episcopus seu iudex super cano.pur. sententiã per hunc modum vel consimilem.

Nos. N. miseratione diuina episcopus talis ciuitat. aut iudex talis dominij. Considerantes q meritis pcessus facti p nos contra te talem talis dyocesis nobis delatũ de tali heretica prauitate diligenter discussus rc. Nõ inuenimus te cõfessum nec conuictũ de predicta labe. nec alias suspectũ ad min⁹ leuiter nisi q te reperimus legitime r veraciter. in tali villa ciuitate vel dyocesi r apud bonos et malos publice diffamatũ Ea pter ad purgandũ huiusmodi infamiã: r vt bonus odor in cetu fideliũ existas. tibi indicimus canonicã purgationẽ vt est iuris assignando tibi talem diẽ talis mensis et talẽ horã talis diei. In qua cõpareas psonaliter corã nobis vt purges tuam infamiã tãta manu ordinis tui. qui quidem cõpurgatores sint homines fide catholici ac vita pbati r qui cõuersationẽ tuã ac vitã nouerũt nõ tam moderno tempore q̃ trãsacto. Significantes q si in purgatione defeceris te habebimus p cõuicto prout volunt canonice sanctiones

Hic autẽ considerandũ est q quãdo aliquis repitur legitime de aliqua heresi publice diffamatus r cõtra eũ aliqnid non pbatur nisi infamia ipa sola indicitur sibi canonica purgatio: hoc est q habeat aliquos viros. Septẽ decẽ vl' viginti vl' triginta ẽm q plus vel minus: et in locis pluribus vel paucioribus magis vel minus insignibus fuerit diffamatus. qui sunt sue cõditõis seu ordinis. vt si diffamatus religiosus r illi sint religiosi si clericus secularis et illi clerici seculares si milites r illi milites. qui purgãt eũ a crimine. de quo ẽ diffamatus qui cõpurgatores dicuntur esse homines fide catholici r vita pbati qui r illius cõuersationẽ r vitã non tã moderno tpe q̃ antiquo nouerunt. vt habet extra de pur. ca. inter sollicitudines. Si autẽ se purgare noluerit excõicetur. quam excõicationẽ si p annũ sustinuerit aĩo indurato extũc vt hereticus cõdemnat iuxta ca. excõicamus itaq̃ .§. qui aũt. Si aũt se purgare decreuerit sed in purgatiõe defecerit. h est q cõpurgatores tales r tãtos put ei iniunctũ fuit qui eũ purgent. nõ inuenerit p cõuicto habet. r sic vt hereticus cõdemnatur vt habet extra de here. excõicamus. j. §. adijcimus. r versi. qui nõ se. r de purga. ca. Cũ dilectus Considerandũ aũt est hic q quãdo dicit q indicat diffamato quaten⁹ purget se trina vel quarta manu ordinis sui q ordo sumitur ibi in genere et nõ in specie. vnde si eps purgãdus est nõ negat quin cũ ops purgandus possit admitti. Abbates r religiosi psbyteri r in alijs pari forma de purga. cañ. Quotiens purgabit aũt se diffamatus p modũ q̃ seqtur. vt colligit extra de purga. ca. quotiẽs. §. porro. r ca. accepimus Quo ad secundũ.

Ueniẽte aũt termino eidẽ diffamato ad se purgãdũ canonice assignato cõparebit psonaliter purgãdus cũ suis cõpurgatorib⁹ corã epo r inqsitore in loco vbi noscit infamtus r ille q̃ diffamat⁹ est ponẽs manũ sup libz euãgeliorũ ante eum positũ. dicet sic.

Ego iuro sup ista q̃ttuor euangelia scrã dei q̃ talẽ heresim expmendo eã de q̃ sum diffamat⁹ nunq̃ tenui nec credidi nec docui nec teneo nec credo.negabit.s.illud cũ iuramẽto de quo est diffamat⁹ q̃cq̃d sit illud. Quo facto omẽs cõpurgatores po nẽt manũ sup librũ p̃dictũ euãgeli orũ.Et q̃libet dicet ita.Et ego iuro sup ista scrã dei euangelia q̃ credo ipm verũ iurasse. Et tũc canonice est purgat⁹. Cõsiderandũ est etiã diffamat⁹ de heresi ibi est purgandus vbi noscit diffamat⁹.& si fuerit in multis locis infamat⁹ imponat sibi q̃ in oibus illis fidẽ catholicaꝫ publice pfiteat & detestet heresim de q̃ noscit infamat⁹ de purg.ca.inter sollicitudines. nec cõtemnat q̃ canonice se de heresi purgauit.naꝫ si post purgationẽ incidit i heresim iã purgatã p lapso habet & vt relapsus tradẽdus est curie seculari.iuxta.c. excõicam⁹.j.§.adijcim⁹.& ṽ. vel si ẽ post purgationẽ.&.c.ad abolendã.§.illos q̃ꝫ.secus aũt si in aliã heresim incidit de qua se ante non purgauit.iuxta.ca.allegatum.

Questio.xxij.super terciũ modũ sententiandi diffamatã & questionibus exponendam.

Tertius modus pcessum fidei finiendi & terminãdi est qñ delat⁹ de heresi pcessus meritis diligent cõsideratis cũ bono cõsilio peritoꝶ reperit varius vel hñs indicia cõtra se ad q̃stiones vt.s.exponat questionibus & tormẽtis.vt si q̃stionatus nihil cõcesserit p immuni & innocẽte habeat. Et h̃ est qñ delat⁹ nõ est dep̃hensus nec pp̃ria cõfessiõe nec facti euidẽtia nec testiũ legitima pductiõe nec sunt indicia ad talẽ suspitionẽ vt hẽat heresim adiurare. Est tñ in suis ɔfessionibus varius. Vel al's sunt indicia sufficiẽtia ad q̃stiones & tormẽta.Circa istũ talis practica est seruãda. In tali aũt casu q̃ snia interlocutoria est ɔtra delatũ ferenda & nõ p eo.Ideo p inq̃sitorẽ cõiunctim & nõ diuisim est ferenda.iuxta ca. multoꝶ. In p̃mis si talis steterit i negatiuis firmiter: & nullaten⁹ licꝫ inductus p probos viros fateri voluerit veritatẽ feret snia que videt sapere vim diffinitiue snie p modũ tenoris seq̃ntis.

Nos.N. miseratione diuina n eps talis ciuitat' aut iudex in terris ditioni talis dñi sb iectis.Attendẽtes merit' pcessus facti p nos cõtra te talem talis loci talis dyocesis & diligent examiatis q̃ tu es varius in tuis cõfessionib⁹ & nihilominus sunt indicia multa q̃ sunt sufficiẽtia te ad exponẽdũ questionibus & tormentis.Ea pp̃ter vt veritas ab ore tuo pp̃rio habeat et vt deinceps aures iudicũ nõ offendas interloquẽdo declaramus iudicamus & sentẽtiamus die p̃nti & hora tali te supponendũ questionibus et tormentis lata fuit hec sentẽtia.

Si q̃stionãdus repiat vari⁹ & insimul sint indicia alia ad q̃ões suf ficiẽtia ponet vtrũq̃ in snia.vt in p̃dicta positũ est:si aũt h̃ duo nõ cõcurrãt ꝫ vnũ tm̃:vtpote varietas sine alijs indicijs:vl' alia indicia sine varietate ponet in snia:vt inuenit. snia aũt lata mox exequat vel exeq̃ simulet. Nõ sit tñ iudex multũ voluntarius ad questionãdũ aliquẽ.nã questiones & tormẽta non inferunt

nisi in defectu aliarũ probationũ. Et ideo pquirat alias probationes q si nõ inuenerit z tenet probabiliter q delatus est culpabilis:sed metu negat veritatem bonis modis et qñqz cautelosis interdũ adhibitis. eius amicis inducẽtibus ad veritatẽ dicẽdã faciat suã diligentiã vt ab ore eius habeat veritatẽ z negociũ nõ festinet.nã meditatio frequẽs z carceris z calamitas ac replicata informatio proborũ virorũ disponũt ad veritatẽ erudiendã. Qđ si delato cõuenienter expectato z tpe congruent prorogato ac delato multiplicit informato. Credãt fide bona eps z iudex oibus cõsideratis ipm delatũ negare veritatem q̃stionent eũ moderate sine tñ effusiõe sanguinis sciẽtes q q̃stiones sunt fallaces z inefficaces. Naz aliq̃ sunt ita molles corde z vecordes q ad leuẽ torturã oia cõcederent quecunqz falsa Aliqui aũt sunt ita ptinaces q quãtumcũqz vexarentur ab eis veritas nõ haberet. Aliqui sunt q̃ fuerunt alias questionati z istorũ aliq̃ melius sustinẽt questiones:quia statim brachia trahunt z flectunt.aliq̃ aũt remanẽt debiliores z sic minus sustinẽt q̃stiones:aliqui etiã sunt maleficiati z in q̃stionibus maleficijs vtunt q̃ ante morerent q̃ aliqd faterent:efficiunt eñ quasi insensibiles. Quare in questionib⁹ cũ maxima prudẽtia est agendũ z ad cõditionẽ q̃stionãdi q̃plurimũ attendendũ. Cũ aũt lata fuerit mox ministri se disponãt ad q̃stionandũ delatuz. Et cũ disponũt se eps aut iudex et p se z p alios bonos viros fidei zelatores inducant questionandũ ad fatendũ libere. etiã cõpromittẽdo ad cõseruationẽ vite si opus sit vt supra tactũ est. Qz si nec sic poterit ad terrorẽ vel etiã ad veritatẽ fatẽdã induci poterũt scđam diẽ vel terciã assignare ad cõtinuandũ tormẽta nõ ad iterandũ qz iterari non debẽt nisi nouis supueniẽtibus indicijs cõtra eũ:z tũc pñt sed cõtinuari nõ phibet dicet ergo sic. Et nos N. eps.z.N.iudex si assit p̃fati assignam⁹ tibi tali die talẽ ad questiones ptinuandũ vt a tuo ore ppria veritas eruat z totũ ponat in processu. Et infra tps eidẽ assignatũ z p se z p alios probos viros inducẽt eũ ad fatendũ veritatẽ. Qz si fateri noluerit die assignata poterũt q̃stiones cõtinuari:z sic q̃stionet eis dẽ vel alijs grauib⁹ tormẽtorũ fortius vt leui⁹ fm maiorẽ culpa gra uitatẽ. Et poterũt iudices multas cautelas licitas adhibere z in vbis z in factis. vt veritas habeat quas magis docet expientia atqz vsus et negocio varietas q̃ ars alicuius seu doctrina. Vbi aũt decent q̃stionat⁹ z tormẽtis expositus noluerit detegere veritatẽ ampli⁹ nõ vexet: s libere abire dimittat. Si aũt p̃sisterit in ipsa pfessiõe z pderit veritatẽ culpã ppriã cognoscendo z ab ecclia veniã postulãdo tanqz deprehẽsus in heresim ppria cõfessiõe:s penitẽs. Juxta.c.ad abolendã.§.p̃senti.abiuret.z finaliter vt dephensus publice pdemnet p modũ q̃ cõdemnant in heresim dephẽsi ppria pfessiõe:vt dicet infra i octauo modo expediendi hmõi dephensos videat ibi. vbi vo veritatem pderit z nõ penituerit:s in heresi ptinaciter pstiterit z relapsus nõ fuerit condẽnabit. Jux.c.ad abolendã.§. pñti.

et expectatus cōpetenter informatus decēter tradetur brachio seculari vltimo supplicio feriendus: vt dicit infra in decimo modo. Si autē relapsus fuerit cōdemnabit per modum quo docet infra in decimo modo processum aliquē terminandi videatur ibi.

b Ic aūt est diligentius attendendū ꝙ ille q̄ q̄stionandus est an̄ q̄stiones interdū ꝯtra se nihil cōstet nec aliqd probat ꝓpter qd possit nec debeat heresim abiurare nec ꝓpter heresim cōdemnari ꝛ de talibus agit hic ꝛ dictum est statim. Interdū aūt ipe delatus est in heresim dephēsus vel al's sūt alia ꝯ eū ꝓbata indicia ꝓpter q̄ debet abiurare vt leuiter vel vehemēter de heresi suspectus ꝓpter q̄ non est questionādus: ꝫ si vltra hoc negat aliqua q̄ non probant: sed sunt indicia sufficiētia ad questiones. et cū pro talibus questionat sed nihil ꝓpter questiōes cōfiteat. nihilominus ista nō est absoluenda iuxta primuz modū: ꝫ fm probata contra eā procedatur ꝛ adiurabit vel vt suspect⁹ vel vt deprehensus si vir prout processus merita exigent ꝛ requirent. si vo propter questiones ꝯfiteatur illa vel eorum aliqua propter q̄ questionatur tunc abiurabit hec ꝛ illa et pro istis et illis sententia contra eum est ferenda.

Questio. xxiij. super quartū modum sententiandi delatam ꝛ suspectam leuiter.

q Vartus modus ꝓcessum fidei sniandi ꝛ terminādi est qn̄ delatus de heresi ꝓcessus meritis diligent discussis cū bono consilio in iure ꝑitoꝝ reperit tm̄ suspect⁹ de heresi leuit ꝛ hoc est qn̄ delatus de heresi nō dephendit nec cōfessiōe ꝓpria nec facti euidētia nec testiū ꝓductiōe legitima. nec al's sunt indicia fortia seu vehementia de illa heresi cōtra eū ꝫ tm̄modo modica et leuia ꝛ talia esse ꝑ cōsiliū indicata ꝓpter q̄ vt suspect⁹ leuiter de heresi pōt ꝛ debz: vt talis illaz heresim de q̄ delatus extitit abiurare ꝛ talis si relabat pena relapsi debita non punit. licz grauius tūc fuerit puniendus q̄s si nō in ante abiurasset. Iux ca accusatus. in ṗnci. de here. li. vj.

Circa istū talis practica est seruanda Talis em̄ si habet suspectus publice. abiurabit publice in ecclesia ꝑ modū qui sequit in sententia.

e Go talis dyocesis talis habitator ciuitatis vel loci talis in iudicio cōstitutus corā vobis dn̄o ep̄o talis ciuitatis. sacrosanctis euāgeliis ꝓpositis coram me ꝛ propriis manibus eis ꝑ me tactis. Iuro me credere corde ꝛ profiteor ore illā sanctā fidē catholicā et apostolicā quā sacrosancta Romana eccl'ia credit cōfitet ṗdicat ꝛ obseruat. Item iuro me credere corde ꝛ ꝓfiteor ore ꝙ dn̄s iesus xp̄s cum oībus sanctis detestat heresim pessimā maleficaꝝ ꝛ ꝙ oēs illā insequntes seu illi adherentes eternis ignibus cruciabunt cū dyabolo ꝛ angelis eius eternalit nisi resipiscant et eccl'ie sancte ꝑ penitentiā recōciliati fuerint. Et ꝯfiter abiuro abnego ꝛ reuoco illā heresim de q̄ habetis me suspectā vos dn̄i ep̄s ꝛ official'. vicz ꝙ familiaritatē cū malefici habui. eorū errorē ignorāter defendi:

odio habui inquisitores ⁊ illarū p-
secutores seu etiā ꝙ eorꝫ crimia nō
detexi. Itē iuro ꝙ nunꝙ̄ p̄dictā
heresim credidi neqꝫ credo: nec illi
adhesi nec adhereo nec vnꝙ̄ credā
neqꝫ herebo nec illā docui nec doce
re intendo ꝙ si aliquid predictorū
fecerim in futurū ꝙ deꝰ auertat pe-
nis iuris taliter abiuratis ꝓmpto
animo me submitto paratus subi-
re omnē penitentiā quā ꝓ his que
feci ⁊ dixi merito me habetis suspe
ctū volueritis mihi iniungere illaꝫ
iuro ꝓ viribus adimplere vt nulla
tenus contrauenire: sicut me deus
adiuuet ⁊ hec euangelica sacrosctā.

Predicta autē abiuratio fiat in
vulgari vt ab omibus intelligatur
Qua facta iudex si adest aut offici
alis pōt sibi dicere publice in vul-
gari talia v̄ba vel similia in effectu
fili vel filia tu suspitionē quā de te
habebamus vt nō immerito abiu-
rasti ⁊ purgasti per abiurationē p̄li
batā de cetero caueas tibi ꝙ nō in-
cidas in hāc heresim abiuratā. Nā
licꝫ si peniteres nō traderꝭ brachio
seculari. quia abiurasti tanꝙ̄ suspe
ctus leuiter ⁊ nō vehemēter. tamen
tūc multo fortius punieris ꝙ̄ si nō
abiurasses ⁊ iammodo prꝫ modico
haberꝭ suspecta vehemēter ⁊ vbi vt
talis abiurares ⁊ ꝓbaberꝭ penā re-
lapsis debita punieris ⁊ absqꝫ mise
cordia traderis curie seclari vltimo
supplicio ferienda. Si aūt abiurat
secrete in camera ep̄i vel camera iu
dicis quando scꝫ nō est factū publi
cū modo consimili abiurabit. Qui
bus pactis feret̄ snia in hūc modū.

Nos miseratōe diuina ep̄us
n. talis ciuitatis aut iudex: si
adest in terris dn̄i talis diti
oni subiectis. Attendentes ꝙ visis
⁊ diligēter cōsideratis ꝓcessus me-
ritis ꝑ nos facti ꝯtra te talē delata-
tū nobis d̄ heretica prauitate repe-
rimus te talia ⁊ talia cōmisisse dicā-
tur illa que te reddūt suspectū leui
ter de heresi ⁊ ꝓpter que te talē me
rito habentes te fecimus vt leuiter
suspectū de p̄dicta labe eandē here
sim abiurare. Verū ne p̄dicta ꝑte
commissa remaneāt impunita ⁊ vt
efficiaris cautior in futurū de mul-
torū ⁊ magnorū consilio in iure pe
ritorꝫ ac etiā religiosorꝫ. In ⁊ super
his habito maturo ꝑiter et digesto
habentes p̄ oculis solū deū ac irre
fragabilē sancte fidei catholice ve-
ritatē sacrosanctis euangelijs posi-
tis corā nobis. Vt de vultu dei iu-
diciū nostrū prodeat ⁊ oculi nostri
videāt equitatē sedentesqꝫ ꝓ tribu
nali more iudicū iudicantiū te ta-
lem hic in nostra p̄sentia ꝑsonaliter
constitutū per modū qui sequit̄ cō.
demnamꝰ sentētiamus seu potius
penitētiamus. scilicet ne de cetero
vnꝙ̄ scienter teneas associes v̄bis
defendas legas seu habeas talem:
⁊ ne deinceps ⁊c̄. ponātur illa que
cōmisit ꝓpter que suspecta fuit ha-
bita de predicta heretica prauitate
lata fuit hec sententia seu peniten-
tia.

Caueatqꝫ notarius ꝙ in processu
ponat ꝙ talis abiuratio ē facta tā-
ꝙ̄ per suspectū habitū de heresi le-
uiter ⁊ non vehementer: alias peri
culū magnū esse posset.

Questio. xxiiij. super quintū mo
dū sententiādi suspectā vehemēter

Quintꝰ modus
processum fidei finiendi est.

terminandi est quādo delata de heresi pcessus meritis diligenter discussis cū bono consilio in iure ptorꝝ reperitur suspecta de heresi vehementer ꝛ hoc est quando delata de heretica prauitate nō reperitur legitima dephensa nec confessione ppria nec facti euidentia nec testiū pductione legittima: sed sunt magna ꝛ grauia pbata indicia cōtra eā ꝛ talia p cōsiliū indicata que illam reddunt suspectā vehementer de p dicta heretica prauitate. Circa istū talis practica est seruanda. Talis nanq̄ debet vt suspectus vehementer de tali heresi abiurare illam hereticā prauitatem: ita q si post modum relabatur pena relapsi debita puniatꝛ. hoc est q tradatur brachio seculari vltimo supplicio ferienda Juxta. ca. accusatus. in prin. de here. li. vj. Et abiurabit publice vel secrete fm q suspectus est habitus publice vel secrete ꝛ apō plures vel pauciores ꝛ graues vel leues: vt dictum est statim de illo qui est suspectus leuiter de heresi: ꝛ habet vt talem heresim abiurare. Modus autem disponendi ad abiurationē talis est. Adueniente nanq̄ die dominica ad abiurationē faciendaꝫ ꝛ ad audiendā sententiā seu penitentiā abiurando imponendā: predicator sermonē faciet generalē Quo facto legantur publice p notariū vel clericū ea de quibus ipē abiurandus est conuictus ꝛ alia ex quibus habitus est suspectus de heresi vehementer. Post dicetur sibi per iudicem vl officialē. Ecce q ex hic recitatis tu es nobis suspectus de tali heresi vehemēter. q̄re opoꝛtet q tu purges te ꝛ abiures heresim supradictā. ꝛ tūc ponetꝛ coram abiurādo liber euangelioꝝ. ꝛ ipē ponet manum sup illum. ꝛ si scit legere competēter tradetꝛ sibi sequens abiuratio in scriptis ꝛ leget corā omni populo. Si autem nesciat legere competēter notarius legat ea spaciose ꝛ abiurandus rn̄debit alta ꝛ intelligibili voce p hūc modum. Nam notarius vel clericus dicet sic. Ego talis de tali loco. Et iste rn̄debit p eadeꝫ verba. ꝛ ille in iudicio cōstitutus. ꝛ iste respondebit p eadem verba in vulgari semp. Et sic quousq̄ abiuratio sit finita ꝛ abiurabit p formā tenoris sequētis.

Ego talis de tali loco talis dyocesis in iudicio psonaliter cōstitutus. Coram vobis venerādis dn̄is epo talis ciuitatꝫ ꝛ tali iudice in terris ditioni talis dn̄i subiectis sacrosanctis euangeliis positis coraꝫ me ppriis manibus p me tactis. Juro me credere corde ꝛ pfiteor ore illaꝫ sanctam fidem catholicam ꝛ apostolicā quā sacrosācta romana ecclesia docet pfitetꝛ. pdicat. ꝛ tenet.

Item iuro me credere corde ꝛ pfiteor ore q ꝛc. Explicetꝛ articulus catholicus 9rius illi heresi de qua vehementer est suspectus. vt verbi gratia. Si est de heresi maleficaruꝫ dicetꝛ sic. Juro me credere q nō solum simplices heretici aut scismatici eternis ignibus cruciabuntꝛ. Uerum sup omnes heresi maleficaꝝ infecti demoniis fidem quam in sacro fonte baptismatis pceperunt abnegātes ex spurciciis dyabolicꝫ p implendis corā prauis desideriis insistunt homibus iumentis terre frugibus plurima nocumēta inferētes Et cōsquenter abiuro abnego et re:

uoco illā heresim seu potius infidelitatē que false ꝛ mendaciter asserit nō aliquā maleficā in terris ꝛ ꝙ nemo credere debeat illas posse nocumenta inferre auxilio demonū cuȝ talis infidelitas expresse militat vt iam cognosco aduersus determinationē sancte matris ecclesie et oim catholicoꝛū doctoꝛū: imo et aduersus leges imperiales que huiusmodi cōburendas decreuerunt. Itē iuro ꝙ nunꝙ ꝑdicte heresi credidi supple ꝑtinaciter: neqꝫ nunc credo: neqꝫ credā: nec adhereo de ꝑsenti: nec adherere intēdo: nec docui nec docere intendo: nec docebo. Itē iuro ꝛ ꝓmitto ꝙ talia ꝛ talia exprimātur ꝓpter que habetis me suspectū de huiusmodi heresi vehementer nunꝙ faciā: nec operā vt fiāt dabo. Qꝫ si aliquid de ꝑdictis fecero in futuꝝ quod deus auertat penis de iure relapsis debitis ꝓmpto animo me submitto paratus subire oēm penitentiā quā ꝓ his que feci ꝛ dixi ꝓpter que habetis me suspectū de dicta heresi vehementer decreueritis mihi iniungere ꝛ illā iuro ꝛ promitto ꝓ viribus adimplere ꝛ nullatenus cōtraire sic me deus adiuuet et hec euāgelia sacrosancta.

Predicta autē abiuratio fiat in vulgari vt ab omībus capiatur: nisi fieret solūmodo corā personis ecclesiasticis qui linguā latinā intelligerēt cōpetenter. Si aūt abiurauerit secrete scilicȝ in palatio episcopi vel camera epi quādo scȝ factū non est publicū mō cōsimili abiurabit.

Facta autē predicta abiuratione iudex auisabit eū vt supra ꝙ non incidat relabendo in penā relapsoꝛū.

Sit cautus notarius ꝙ ponat in actis quomodo talis abiuratio facta est ꝑ talē vt ꝑ suspectū de heresi vehemēter ad hoc vt si relaberetur sciretur qualiter puniretur: quia pena relapsis debita. Quibus pactis feretur sñia seu pnia in hūc modū.

Nos. N. eps talis ciuitatis: ꝛ frater si assit N. inquisitoꝛ heretice prauitatis in terr̄ talis dñi ditioni subiectis a sancta sede aplica specialiter delegatus. Attēdentes ꝙ tu talis de tali loco ꝛ talis dyocesis talia ꝛ talia cōmisisti dicātur illa: vt ex ꝓcessus merit̄ diligenter discussis legitime nobis cōstat ꝓpter q̄ merito habem⁹ te suspectū vehementer de tali heretica prauitate. Et vt taliter suspectū te fecimus abiurare de magno cōsilio in iure peritoꝝ iusticia suadēte. Verū vt efficiaris cautioꝛ in futurū et ne reddaris ꝓcliuioꝛ ad similia paganda ꝛ ne crimina ꝑmaneāt impunita vt sis ceteris delinquētibus in exemplū de multoꝛū ꝛ magnoꝝ in iure cōsilio peritoꝝ: ac etiā in facultate theologica magistroꝛū seu doctoꝛū. In ꝛ super his habito maturo ꝛ digesto habētes ꝑ oculis soluȝ deū ac sancte fidei catholice et aplice veritatē sacrosanctis euangelijs positis corā nobis: vt de vultu dei iudiciū nostrū prodeat: ꝛ oculi nr̄i videāt equitatē sedentesqꝫ ꝓ tribunali more iudicuȝ iudicantiū te talē hic in nostra ꝑsentia ꝑsonaliter constitutū forma qua sequitur condemnam⁹ seu poti⁹ penitentiamus videlicȝ ne deinceps talia vel talia facere vl̄ dicere aut docere ꝑsumas ponātur illa que cōuincit cōmisisse ꝓpter q̄ fuit suspectus habitus de ꝑdicta heresi vehemēter ꝛ nōnulla

q̃ si cõmitteret incideret leuiter in relapsũ: sed alia sibi imponãtur prout negocij varietas expostulat et requirit. Utpote q nũq̃ sciẽter habeat talia exercicia vel ne eos q̃s sciuerit abiurasse receptet et similia iuxta fuit hec sententia.

Attẽdendũ aũt q suspecti de heresi et nõ dephensi siue sint suspecti vehemẽter siue leuiter nõ debẽt perpetuo incarcerari nec perpetuo immurari: quia hec ẽ pena illorũ q̃ fuerũt heretici et postea penituerũt. vt patz in. c. excõicamus. ij. de here. et in. c. quoniam de here. li. vj. sed pñt propter illa q̃ cõmiserũt ex quibus habiti sunt suspecti ad certũ tps carceri mãcipari et postmodũ prout videbitur dispẽsari. iuxta. ca. vt cõmissi. de here. li. vj. Nec huiusmõi suspecti sũt crucibus psignãdi: nã cruces sũt insignia heretici penitẽtis: suspecti aũt nõ fuerũt heretici habiti q̃re nõ sũt psignãdi põt tñ eis imponi q stent certis diebus solẽnibus in valuis taliũ ecclesiarum vel circa altaria dũ missarũ solẽnia celebrãtur habẽtes in manibus cereũ ardentẽ tanti põderis: vel q vadãt ad talẽ pegrinationẽ et similia prout negocij q̃litas expedit et requirit.

Questio. xxv. sup sextum modũ sentẽtiãdi delatũ violẽter suspectũ.

Sextus modus

processus fidei terminãdi est quãdo delatus de heretica prauitate processus meritis diligẽter discussis cũ bono cõsilio in iure peritorum reperitur de heresi suspectus vehemẽter. Et hoc ẽ quãdo delatus ipse nõ reperit legittime dephẽsus confessione propria nec facti euidentia nec testiũ productione legittima: sed sunt indicia nõ leuia solũ vel vehemẽtia: sed fortissima et violẽtissima que ipm delatũ reddunt merito suspectũ de dicta heresi violenter: et propter que talis debet vt suspectus violenter de dicta heresi iudicari.

Et vt modus iste clarius intelligatur demus exempla tã de simplici heresi in fide q̃z de heresi malificarũ. Nam in simplici heresi casus contingeret quãdo delatus ipse non reperitur legittime deprehensus confessione propria etc. vt supra. tamẽ propter aliquid quod dixit vel egit vtpote citatus in nõ causa fidei sustinuit excõmunicationẽ p annũ: vel plus talis iaz est suspectus leuiter de heresi: quia hoc nõ caret scrupulo heretice prauitatis: de penis. ca. grauẽ. Citatus autẽ respõsurus de fide vbi nõ comparet: sed renuit cõtumaciter cõparare propter quod excõmunicatur tunc fit suspectus de heresi vehementer: nã tũc leuis suspitio transit in vehementẽ et si sustinet illã excõmunicationẽ p annũ animo pertinaci tunc fit suspectus de heresi violẽter. Nã et tunc vehemẽs suspitio transit in violentã cõtra quã nõ admittitur defensio: imo extũc talis est vt hereticus cõdemnandus. vt patet p ca. cũ contumacia. et notatur ibidẽ li. vj. In heresi vero maleficarũ exemplificatur sup violentã suspitionẽ quando dixit et egit aliqua que a maleficis practicantur quando volunt aliquẽ maleficiare: et quia hoc cõmune est vt verbis cõminatorijs aut factis per visum vel tactũ se habeãt manifestare et triplici ex causa vt peccatũ in iudicibus aggrauetur: et vt simplices eo facilius seducantur: et vt deus p

amplius offendat ꝛ maioꝛ seuiendi in hoīes sibi facultas relinq̄tur: vñ violēter malefica sit suspecta quan do post v̄ba cōminatoꝛia dicendo: faciā tibi q̄ in bꝛeui senties vel simi lia in sn̄ia ꝛ post v̄ba effectus aliq̄s in ipso vel in alio fuit subsecut⁹: tūc em̄ nō leuit̄ sit suspecta sicut q̄ pꝛo pter familiaritatē habitā cū malefi cis fuerūt suspecti aut qui pꝛocare ad amoꝛē inoꝛdinatū aliquē voluis sent: vide supꝛa de tribus suspitiōi bus leui vehementi ꝛ violēta. Nūc videndū est qualis pꝛactica sit cum talibus seruāda. Nam circa violen ter suspectu3 in simplici heresi hec pꝛactica seruat̄. Nam licet in re foꝛ tassis nō sit hereticus: vtpote quia nō hab3 erroꝛē in mēte nec de illo ꝑ tinaciā in voluntate: vt notat Ar chi. sup. c. alle. nihillomin⁹ est vt he reticus cōdemnādus: ꝓpter p̄dictā suspitionē violentā cōtra quā non est ꝓbatio admittēda: condemnat̄ aūt heretica sic: q̄d si nolit resilire ꝛ heresim abiurare ꝛ satisfactione3 cōdignā exhibere tradit̄ bꝛachio se culari aniaduersione debita puniē dus. iux. c. ad abolendā. §. p̄nti. Si aūt velit ꝛ ꝯsentiat cū effectu adiu rat heresim ꝛ carceri ꝑpetuo manci pat̄. iuxta. c. excōicam⁹. ij. de here. Pari foꝛma ille q̄ sic est suspectus de heresi violēter. Circa suspectu3 aūt violenter sup heresim malefica rū: lic3 idē modus eēt obseruādus: tn̄ mitioꝛi modo ꝓcedendo. Aduer tendum q̄ si stabit in negatiua affe rēs ꝓut facere solent q̄ nō ea intē tione v̄ba illa pꝛotulerit: ꝟ ex vehe mēti ꝛ muliebꝛi passione: vñ ꝛ iudi ci nō videt̄ ipam igni posse adiudi care nō obstāte violenta suspitiōe: tūc iudex ea in carceribus detenta inq̄rat ꝛ ꝓclamare faciat si in simi libus dudum notata fuisset: ꝛ si sic vtrū publice sit de tali heresi diffa mata: ex q̄bus ꝓcedere ad vlterio ra pōt taliter vt añ oīa q̄stionibus toꝛmētis exponat̄: ꝛ si indicia appa ruerint sup tale3 heresim aut super maleficiū taciturnitatis: puta qꝛ la chꝛymas nō effudit. immo ꝛ quasi insensibilis ad toꝛmenta reperit̄: qꝛ videlic3 cito post toꝛmēta oībus vi ribus restituit̄: tūc pꝛocēdat ꝑ vari as cautelas supꝛa positas vbi de si milib⁹ agit̄. Et in casu q̄ oīa defice rēt tunc aduertat q̄ si filia dudū ꝑ petrauit tūc oīno nō est dimittēda ꝟ ꝑ annū ad min⁹ squaloꝛib⁹ carce ris mācipanda ꝛ crucianda: sepissi me etiā examinād da p̄cipue sacratio ribus dieb⁹. Si aūt diffamata cū h̄ lic3 tūc iudex ꝑ ea q̄ supꝛa tacta sūt circa simplicē heresim ipam posset igni adiudicare: p̄cipue ꝓpter mul tiplicationē testiū: ꝛ qꝛ sepius in si milibus vel in aliis maleficiis fuit notata: tn̄ quia cū pietate ꝓcedere vult. Ideo indicet ei canonicā pur gationē: vt videlic3. xx. aut. xxx. cō purgatoꝛes habeat ꝛ ꝓcedat pꝛout in sc̄do modo sententiādi tactū est ita vic3 indicādo sibi q̄ si in purga tiōe defecerit: q̄ tūc tanq̄ rea igni ad iudicabit̄: ꝛ s̄m hoc iudex pꝛocede re potest. In casu v̄o quo se purga ret: tūc abiurationē omnis heresis cū pena relapsoꝝ ac perpetua peni tētia ꝑ modū q̄ sequit̄ in sn̄ia foꝛmā da: faciat ꝛ modus disponēdi ad ab iurationē talis est vt dictū est in q̄r to ꝛ quinto modis p̄cedentibus ꝓ cessum fidei terminandi. Nota eti am q̄ in sequentibus modis omni

